Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

pusillos cum maioribus. Id est altiores merito. & inferiores; Adiciat
dns super uos. & super filios uestros; Prophetia ad praedicatores dicit;
Nos ad super uos alios praedicatores; primitus paucifuerunt. posteamulti
effecti sunt inmundi praedicatores; Benedicti uos a dno. qui fecit cae
lum & terram; benedicti hoc e. uos sci. benedicti estis; Caelum caeli
dno. terra autem dedit filiis hominum; Caelum caeli sicut
dicit canticum psalmi. & psalmus canticum; Iste caelum subiectum: e.
ad illud caelum superius ubi est firmamentum. ex inde habet
lumen & terra. & iterum subiecta. e. ad illum caelum aereum.
ex inde habet pluuia & omne necessitatem; secundum sensum.
Caelum altius fuerunt sci apostoli. quia ipso xpo audierunt praedicationem.
& inluminationem spiritus sci acciperunt. & ex inde fuerunt edocti;
Caelum iterum. successores apostolorum quos illi praedicauerunt.
& dns illos in animas illorum ipsos inluminauit; Terram autem dedit
filiis hominum. hoc sunt illi simplices. qui tantum incarnationem
credunt. qui lac sunt & nutriuntur per praedicationem. & ipsi qui
terreni erant caeli efficiuntur; Non mortui laudabunt te dne.
hoc sunt peccatores; Peccatorem enim cum uenerit in profundum malorum
contempnit; Neq: omnes qui discendit in infernum. hoc est habi
tatores inferni; Sed nos qui uiuimus benedicimus dnm. Nos fi
deles qui uiuimus. id. e. qui fidem & opera habent. ipsi laudant
dm; Ex hoc nunc & usq: in saeculum. Ex hoc id. e. quo incepimus intellegere. Nunc modo usq: in saeculum sine fine.

CENTESIMUS QUARTUS DECIMUS PSALMUS UOCEM CONTINET FIDELIS ANIMAE AD OPE REGRINANTIS QUAE POST LONGOS LABORES AD EO SUSPITUR

Dilexi quoniam exaudiuit dns. uocem orationis meae. Non dixit
diligam. sed dilexi. Non promisit se facere. sed testatur
se fecisse. Dilexi. quia dilexi. quoniam exaudit dns uocem oratio
nis meae; Dilexit. tracens alteri temporis. e. in exaudiuit ne autem
futuri. Non enim dixit quoniam dilexi quod exaudit me dns;
Quia inclinauit aurem suam mihi. Quoniam nos par uisumus & humiles
& non possumus nos extendere & exaltare. Propter ea dns inclina
uit aurem suam & dignatur exaudire nos; Deinq: quoniam nos homines
sumus & diuinos non possumus fieri. Ds homo factus. e. & inclinauit se.